

742 Codex membraneus lat. Sec. faltem X. Folior. 46. 8. minute exaratus et rubricis distinctus continet *Isidori Hispal. Libros II. de Ecclesiasticis Officiis*, quorum Inscriptio miniata vetustate deleta est. Initium ab Epistola: *Domino meo et dei seruo fulgentio episcopo ysidorus episcopus. Queris a me originem officiorum quorum magisterio in ecclesiis erudimur &c.* Elenchus Capitum L. I. qui sequitur, non parum etiam extritus est. Post illum *Incipit Prephatio. Ea quae in officiis ecclesiasticis celebrantur &c.* Et Caput I. *De Ecclesia Uel Uocabulo Christianorum. Primum a petro ecclesia in antiochia est fundata &c.* Finis Capituli ult. seu XLIV. *hoc enim nec saluator nec apostoli probibuerunt. Explicit Liber Primus. Incipit Liber Secundus*, quem pariter

## Codex C. I.

*derivativo vocabulo.*  
*uel quoniam catholica hoc est generalis.*  
*de visibilibus atque inuisibilibus rebus.*  
*quam etiam qui principamur.*  
*curat omnium peccata.*  
 C. III. *ante archam.*  
 C. IV. *primum inuexit.*  
*cum populo — egressus est.*  
 Deest.

Non rara tamen etiam *σφαλματα* in Cod. occurrunt.

Elenchus Capitum XXVI. praecedit. Itaque absunt a *Codice Capita* illa II. quae Editio *Breuliana Paris. 1601. f. p. 614.* adtextit. Initium Cap. I. est: *De Clericis. Itaque omnes qui in ecclesiastici ministerii gradibus ordinati sunt &c.* Finis ult. *cum tradant spiritum paraclitum.* Accedit sequens Peroratio, quam in Exemplis suis *Breulius* non habuit: *Haec sunt parua (pauca?) ex multis quae probabilium uirorum nouimus percepisse doctrinis. Quorumque eloquia proinde quibusdam in locis a nobis interesse (interiecta?) noscuntur ut sermo noster paternis sententiis firmaretur. Explicit Liber Sancti Isidori Officiorum Secundus.* Porro praeter hanc qualemcunque *συμβολην* frequens lectionis deprehenditur diuersitas, si editionem *supracit.* in consilium adhibeas, quod vel e primis Capitibus patet:

## Editio.

*derivato.*  
*uel catholica quia universalis.*  
*de visibilibus rebus.*  
*quam etiam principatui subiektorum.*  
*curat hominum peccata.*  
*ante aram.*  
*primum inuexit.*  
*Israeliticus populus egressus est.*  
*Idem auctor — conscripsit.*

II. fol. 40. Tractatio brevis de *Baptismo* in Articulis XXII. diuisa,

divisa, et ex Evangelii Patrumque *Isidori, Ambrosii, Augustini, Coelestini* Papae, *Jobannis Chryf. Gregorii et Cypriani* Dictis conflata, cujus Art. I. inscribitur: *De Bapstismi Precepto in Euangelio*; ultimus vero, postquam de singulis Bapstismi Ritibus actum fuisset, *De Pedum Nuditate*. Accedit alia ejusdem argumenti brevis Descriptio insignita: *Item Ratio De Sacro Bapstismatae*, et Examen, quod hunc titulum praefert: *Incipiunt Quaestiones De Rudimentis Caticuminum Uel Eorum Qui Ad Gratiā Bapstismi Diuina Inspirante Clementia Uocandi sunt*. Initium: Interrogatio. *Primum quero a te quare caticuminus uocetur et qua lingua dicatur*. Responso. *greca*. Int. *Latine quid interpretatur*. Resp. *Audiens uel auditor*. &c. Definit in Vocis *Alleluia* interpretatione, videlicet, *Alle Pater Lu Filius Ja Spiritus sanctus*. Quid ad haec Hebraeus?

III. fol. 45. *Epistolae* (sic) *Formatarum*. *Incipiunt Formata Epistolarum*. Initium: *Greca elementa litterarum numeros etiam exprimere* &c. *Attici CPolitani* verba sunt, ut dictum ad *Cod. DCCCXXVIII. N. 23. et 24.* Addita vero hic sunt Exempla tria ejusmodi *Formatarum*, quorum primo *Monachus*, altero *Presbyter*, tertio in *Ordinibus minoribus* constitutus commendatur. Primum *Jobannis Arelatensis* Archiep. ad *Nebridium* quendam Archiep. nomen praefert, addito Anno *DCXIII.* qui nisi in mendo cu-

bat, anteriorem fuisse oportet *Jobannem* aliquem *Arelatensem* illo, qui *T. I. Galliae Chrift. col. 542.* ad an. *DCLVIII.* *Primus* statuitur.

CCLXXIV.

VII F. 13

Codex membraneus lat. Sec. <sup>Theol.</sup> 434 = (Tab. :) 806 partim X. partim XII. partim XIII. Folior. 195. 4. fat nitide scriptus, rubricis distinctus et olim *κρημα Fratrum Monasterii Hegenensis* (Hayne) *Canonicor. regular. ordinis augustini Worm. dyoc. prope Castrum Altelyningen* plura bonae Notae continet, quae exponimus: I. *Praeua rudi Chrifti* inter IV. *Evangelistarum* *Symbola* sedentis pictura lineari *Incipit Liber Officiorum Sancti Isidori Episcopi Spaniensis*. Praefatio: *Domino meo et dei seruo fulgentio episcopo. isidorus episcopus. Quaeris a me originem officiorum* &c. Nihil diversum ab Editione *Jac. Du Breul Paris. 1601. p. 580.* praeter *scriptis uetustissimis auctorum* pro *uetustissimorum auctorum*. Praefationem excipit *Elenchus Capitem*, ut in Edit. nisi quod c. 13. *de Alleluja* inscribatur *de Laudibus*, et c. 43. *de vario Usu Ecclesiarum* prave *de uario usu escarum*. Textus porro ipse saepe non inepte ab Edit. discrepat, ut adeo conferri totus mereretur. En specimina! C. I. edit. *quia per uniuersum mundum est instituta: vel Catholica, quia uniuersalis in ea doctrina est ad institutionem hominum de uisibilibus rebus coelestium ac terrestrium.*